TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0789**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cronache
Latine

-786-
At
-798-

789

Epistola
Benvenuti Vulpei
et
De antiquitate et nobilitate
Aquilejae -
Jacobi Canonici Aquileiensis
Saec. XV.

G. Pirona - Gennaio 1838.

~~1834.~~

Copia del MS:
di D: Benvenuto Volpio
della Città di Aquileja

Rever^me^ Ac Ill^me^ D. Domine
Mi Semp^r^ Observ^me^

Jam a teneris ut Greci dicunt unguiculis Vulpina domus Forojuliensis deditissima huic Ill^me^ ac celeberrime Grimane familie omni diligentia, ac totis ejus viribus pro illius honore semper conata est insudare, et ego precipue minimus Servorum Presbiter Benvenutus Vulpeus, qui die noctuque nullo inspecto labore nulla erumna, nulla vi impensa, inclinatur ob reverentiam tam splendidissimi nominis Grimani nunquam desisto pro virili parte ea sectare que optimi et fidelissimi servi exigerunt erga suum tantum Dominum et Patronum. Et ideo cum hunc lepidum Libellum Rev^me^ Domine antiquitatis pauças elapsis

elapsis diebus alia impensius quęritando adve=
nissem, in quo quidem plurima Aquileję e=
molumenta, nec non fere omnia jura ad Pa=
triarchalem Sedem spectantia, et pręcipue
Fori Julii Patrię extensiones, Potestates,
deinde census, redditusque ejusdem Ecclesię.
Ultimo loco terrarum ac personarum con=
ditiones sicut in eo manifeste videtur, conti=
nentur. Primo mihi viso statim in men-
tem venit, pro grato et jucundo munere
Rmae Dnis Vrae tradere, et sic illum cum
omni summissione, et debita reverentia
(prout debeo) eidem porrigo, ex quo si ob
temporum vetustatem utilis minime percepi
poterit, hoc precor parce mihi, quoniam
animus non defuit, cum saltem memoriam

memoriam præteritorum maximaanimi exhi-
laratione extinde capiet. Postea vero om-
nia quæ eidem forsan incognita hactenus
fuere, quam clara quam lucida, nunc
tibi erunt, cujus optime gratiæ ut dedi-
tissimum servum ejusdem, me genibus
flexis continue commendo hæc pauca adj-
-iciens.

= Nunc tibi Fata volunt Superum præponere Sedes
Quas merito scandis sceptraq. magna
Jam floruit Grimana Domus pro Jupiter annis Atenes.
Nunc magis insurgit lumine clara suo. =

Vale

Datz
a

Dat. Kl. tendis Martii MDXXXVIII.

Rever.mo ac Ill.mo D. Domino
Marco Grimani Sacros.te Romane
Ecclesię de latere Legato, nec non Sanctę
Sedis Aquil.ensis Patriarchę D. D.no suo
plurimum Obser.mo S. D. P.

C. Licinius homo doctus et perurbanus, ut M. T. refert, dicere solebat, ea quę scriberet neque a doctissimis neque ab indoctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse. Graviter sane, prudenterq. dictum. Quod cum mecum accuratius ipse considerarem, verebar non parum Rme D. ne ego, qui iussu et impulsu tuo

tuo de nobilitate pariter et antiquitate vetustis=
simę Civitatis Aquileję, quantum mihi com=
portum est, scribere aggredior, pro ridicu=
lo apud singularem Eruditionem tuam
haberi incipiam.
Scio enim cui Viro scripta mea legenda tra=
do, qui suo incomparabili doctrina ma
non modo rerum dispositionem, et locorum
sedes verum dictionem omnem et singula
verba, eorumq. proprietates, ac minutissi=
ma queq. postremo quidquid asspere uel
parum dilucide aut non breviter uel mi=
nus probabiliter aut non illustrate uel
inepte dictum fuerit, suo vero et recto
judicio examinabit. Hec igitur necum dum
tacitus voluerem decrevi ab incepto, et ut

6.

ut Poeta diceret retroque pedem cum voce repressi satius esse existimans quod suadebam non efficere quam meas sordes tuis politissimis studijs imprudenter ingerere.

Tandem, cum rem hujusmodi sæpius cum animo meo agitarem, vicit Consilium ut potius ea qua possem facultate, quod me flagitatum est, perficerem, quam per silentium tuis honestissimis mandatis viderer non obtemperasse. Cum alterum promptam, et obsequentem voluntatem alterum cervicem duram difficilem, inobedientem, et fortasis superbam ostendat, et quod facilius ad hujusmodi studium capiendum me ardentiorem, concitatioremque redderet, addidisti rem certe mirandam, opus scilicet illud nobilissimum

de re uxoria intra quintum et vigesimum diem a te in juventute absolutum fuisse, cujus rei major nunc mea quam aliquorum doctissimorum hominum exstat admiratio. Poggius etiam Florentinus, Petrus Paulus Vergerius, Guarinus Veronensis, et ceteri quamplures, quos brevitatis gratia omitto, elegantem illam duntaxat et emendatam rationem dicendi tuam sui amatissimis libris admirati sunt; ego autem preter hec quam facile atque celeriter divinum opus confeceris miror. Verum de executione satis, nunc locus deposcit ut ad rem ipsam veniam et Aquilejam olim nobilissimam et prestantissimam Latinorum coloniam, nunc vero veterrimam, sordidam, et

mini(

8.

omni cultu destitutam solitudinem, ut in-
cultus et ignotus Comuntio scribere incipio.

Italiam, intra se provincias plures con-
tinere; qui de cosmographia scripsere,
tradiderunt, quarum prima Venetia connu-
meratur, cujus termini à Pannoniæ fini-
bus ad Adriam [illegible] usque pretenduntur,
cujus provinciæ caput Aquilejam extitisse
optimi affirmant auctores. Sunt
qui ab Aquila Aquilejam denomina-
tam volunt: quidam vero quasi aquis li-
gatam appellatam fuisse autumant; et
utraque omnio satis verisimilis, nam pro eo-
rum ~~[illegible]~~ stemmo aquilam deauratam Aquilejen-
-ses

9

Aquilejense ferunt, et undique sic limpidissimis circumventus aquis dicere: admirabantur fortasse aliqui cum Aquilejam et non Aquilegiam a me scribi viderint, praesertim cum tam ipsis maluerint ut cuncti fere Aquilegiam scribere coeperant. His, si quis erunt, ita respondendum censeo: multa corrupta et depravata moribus quandoque in veram suam consuetudinem reducta fuere: legant ii Titum Livium, Svetonium Tranquillum, Valerium, Martialem, Julium Capitolinum, Vibium Sequestrem, Servium, Honoratum, qui omnes in suis emendatioribus scriptis, Aquilejam et non Aquilegiam scriptum reliquere. Extant praeterea marmorei lapides ipsius Civitatis reliquiae, in quibus Aquilejam non Aquilegiam

Aquilegiam incipim legitur. Sed hec satis
de vero nomine: nunc ad inceptum rede-
mus.
Ingenti cupidine captus, diligenti una et
sagaci sum perscrutatus ut cognoscerem,
qua tempestate et per quos talis ac tanta
Civitas condita fuerit: et sicut de initio
Romę, Capuę, Patavii, aliarumque mul-
tarum Urbium vera habetur cognitio,
sic Aquileję origo a nobis haud ignora-
tur. Nam Romam a Romulo conditam
scripsere gravissimi Autores testati sunt,
Patavium vero ab Antenore locatum
Maro noster suis divinis carminibus
decantat, cum sic inquit.

= Ille Urbem Patavi sedesque
locavit =

Capuam

Capuam vero a quodam Cappi principium habuisse testatur Svetonius, cujus verba sunt hæc. — Tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor Capuæ sepultus, inventa est. — Cæteræ Urbes innumeras, quarum fundatores minime ignorantur. Qui autem Aquilejæ conditor fuerit, quid illam initio habuere non satis compertum habeo: omnibus itaque Aquilejæ credius, quandoquidem nihil certi habere possimus, ipsius claritudinem quam altius potero repetam.

Bello Macedonico quod S: P: Q: R: adversus Philippum Macedonum regem gerebat, urbs Aquilejam satis ... populensq. fuit: id est Titinius ...

facie comprobatur, quibus Macedonicum bel-
lum lacteo eloquentiae fonte descripsit. Ut
autem probabiliora quae scribuntur fiant,
maioremque auctoritatem dictis faciam,
illius interseram verba:

= Romae magnam trepidationem litterae
Fabii fecerunt, eo majorem quod paucos
post dies Marcellus tradito exercitu [illegible]
Romam cum venisset se ademit eum
qui in Gallia esset, exercitum in Ligu-
res traduci posse, quia bellum cum Istris
esset, prohibentibus coloniam Aquilejam
deduci: = Item paulo post.

= Aquileja Colonia Latina eo anno in
agro Gallorum est deducta. =

Habeo

Hasce modo eos interrogare, qui obstinato animo asserere non dubitant Aquilejam cum omni agro Forojuliano neque intra Italiam neque inter Latinos esse, sed omnino incolas omnes nostros veluti immunes quosdam barbaros in commune seminio secludunt, magis (ut dixi) obstinatione quadam animi, quam vera aliqua ratione ducti, qui si modo adessent, Livium eis legendum traderem, neque opinor eos tam imprudentes esse, ut tanto viro adversum audirent si modo que scribuntur intelligerent, nam autem fortassis parum percipiunt, eis verum sensum, veramque mentem tuis

cujus historiæ patriæ pro virili mea laudare contenderem:

Ecce viri boni, dicerem, Aquilejam Coloniam latinam in agrum ... deductam fuisse legitis. Quid ad hæc respondetis! aut quo animo hæc recipere audetis? Negabitis credo vos istum rivum legisse unquam et si petam quos igitur autores pro deliciis habetis? quorum dicta probatis? Respondebitis illum ... Cronicam Muratorianam, Candidum patris Milonis, et Abatem Joachinum sequimur, si quid ... id dicunt, pro vero tenemus, eorumque dictis, quasi divinis oraculis inhæremus. Si autem tale reddetis responsum, viderem sane vos et tam

...

tamquam delirantes mortales in sua pertinacia linquerem, neque prorsus nostra refensione dignos arbitrarer.
Sed ad propositum redeamus: Aquilejam Coloniam Latinam deducitam in agrum Gallicum fatetur Livius. Galliæ enim duæ sunt: una Cisalpina, altera Transalpina. Hujus Cisalpinæ fines contineri usque ad Rubiconem flumen auctor est Cicero, qui in Philippicis suis sic inquit. = An ille faciet, quod paulo ante decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, deduceret. =
Est fluvius Rubicon vicinus Arimino, quem ipse transivi, vidique inhiberi, et inscriptis postea mecum detuli vetustam inscriptionem in marmoreo lapide signatam, quæ pœna maxima Romanorum duces mo= =eque

10.

neque milites ultra ipsum amnem armatos
vetabat pertransire. Eam vero ob sui eloquen-
tiam hic inserere non erit iniucundum.

= Jussu mandatuve P. R. COSS. IM: TRIB.
Militie Tyro, Commilito armate quisquis es, ma-
nipulariæve, Centurio turmæve legionariæ
hic siste Vexillum, sinito, Arma deponi-
to, ~~Arma deponito~~, ne citra hunc amnem
Rubiconem signa ducitum exercitum comea-
~~tumve~~ traducito. Si quis hujus jussionis
ergo adversus præcepta ierit, fuerit, adju-
dicatus esto hostis P. R., ac si contra Pa-
triam arma tulerit, Penatesque e sacris pe-
netralibus S. P. Q. R. Sancto Plebisciti.
S. E. C. =

In hac parte Galliæ Patavium, Muti-
nam Parmam, nobilesque quamplures
alias Urbes contineri idem Cicero profitet,

qui.

qui provinciam Galliæ, idest hanc partem Italiæ adeo miris extulit laudibus ut nihil laudabilius dici possit. Illius enim verba honoris causa infra subjiciam.

= Hoc vero, inquit, de virtute, constantia, gravitate Provinciæ Galliæ taceri non potest: est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum Imperii P. R., illud ornamentum dignitatis. =

Sed quorsum tam multa de Gallia? ut ... nem pertinaciam ignorantiamq. reprehendam qui negant Aquilejam atque Forijulii intra Italiæ limites contineri, nam ex dictis Titi Livii, et M. Ciceronis satis probatum est Aquilejam Coloniam Latinam in ipso Galliæ ... positam, et Galliam eam partem Italiæ

esse, quae pro dignitate sua appellata est
Arx Italiae, ornamentum et firmamen-
tum Imperii. Tempore autem bel-
li Macedonici in Provinciam Venetiae
Transalpinos Gallos esse profectos i-
pse Livius est auctor, cujus haec erat
sententia in octavo de Macedonico bel-
lo.

= Eodem anno Galli Transalpini tran-
gressi in Venetiam sine populatione
aut bello haud procul inde ubi nunc
Aquileja est, locum oppido condendo
ceperunt. Legatis Romanis trans Al-
pes missis responsum est neque profec-
tos ex auctoritate gentis eos nec quid

in

in Italia facerent se scire: =

Ecce adhuc modo fatetur Gallos, qui non longe ab Aquileja oppidum condiderant in Italia esse, sed nimium protecto de re notissima disputo. Quis autem locus ille fuerit a Gallis ędificatus cognoscere pulcherrimum esset. Plura oppida hęc Patria intra se, ut superius dictum est, continet. Verum duo existant, quę et magnitudine, et autoritate cęteris pręstant: Utinum scilicet, et Austrię Civitas: Utinum autem post ruinam Aquileję ab Athila initium cępisse Annales nostri affirmant. Civitas vero non modo Utinum verum etiam alia Oppida antiquitate vincit,

(Incerta res.)

vincit: ob id ergo conjecturari potest Oppidum a Gallis conditum Civitatem Austriæ esse.

Hæc altiori quam potui imagine a me perquisita sunt, nam id temporis scriptorem nullum legisse me fateor, qui de Aquileja fecerit verbum. sed satis profecto est ea tempestate hujusmodi Urbem celebrem fuisse ex quo manifeste elici potest multo jampridem mag accessisse primitias, quandoquidem bello Macedonico gloriæ claritate pollebat.

Quæ modo scripturus sum etsi tempore propinquiora superioribus sint tamen non adeo recentiora sunt, ut non suam redoleant antiquitatem. Nam circa mille et quingentos annos

annos, hoc est temporibus C. Caesaris Augusti qui et Octavianus appellatus est, Aquilejam multum splendorem retinuisse legimus hoc ipsum apud Svetonium in Augusti vita e=xcerpitur. Cujus hęc extat sententia.

= Reliqua bella per legatos administra=vit, ut tamen quibusdam Pannonicis at=que Germanicis aut interveniret aut non lon=ge abesset, Ravennam vel Mediolanum, Aquilejam usque ab urbe progrediens, Augusta secum duxisse filiam ejus Juliam tunc Tiberio nuptam, verisimile nisi est: nam in Tiberii vita idem Sveto=nius inquit.

= Cum Julia primo concorditer et amo=re mutuo vixit, mox dissessit, et aliquan=to gravius, ut etiam proprio concubitu secu=deret,

cideret, interempto communi filius pignore, qui Aquileję natus infans extinctus est. Vero mediocris utique honor Aquileję accedit. =

Cum apud Svetonium optimum Autorem dignoscimus Cęsarem Augustum totius orbis monarchiam tenentem aliquando ex Urbe divertisse, ibique filiam ejus infantem peperisse. Illustri item fama Divo Trajano imperante Aquilejam habitam fuisse uno carmine scribit Martialis, quem sub Trajano vixisse testis est Plinius. Is itaque pro summa ejus gloria felicem Aquilejam nominat: carmen proferam, quo veritas magis lucescat.

= Et tu Ledęo felix Aquileja Timavo. =

Hic est appello qui Aquilejam scribere.

scribere solent, quod si ita scribi deberet,
mastiatis nis peditibus versus non subire-
ret: dicam modo praeclarum quoddam et
memorabile facinus quod neque apud exter-
nas neque apud nostrates nationes nisi a
sola Romanorum nobilitate aliquando fac-
tum fuisse legitur.

Refert Julius Capitolinus in vita
Duorum Maximinorum, qui Romanum
Imperium suis libidinibus deturbare
conarentur tantam fidem et tolleran-
tiam Aquilejenses pro S.R. adversus
Maximinum praestitisse, ut cum nervo-
vis sagittarijs carerent, crines mulierum
abscinderent, ut ex eorum contorsione
cordas efficerent, qua sagittas in hostes

nostes jacere possent, et ut hujus tantæ rei fides roboretur ejusdem historici verba subjiciam:)

= Prætereundum ne illud quidem est quod tanta fide Aquilejenses contra Maximinum pro Senatu fecerunt, ut funes de capillis mulierum facerent, cum deficerent nervi ad sagittas emittendas, quod aliquando Romæ dicitur factum unde in honorem matronarum Templum Veneri Calvæ Senatus decrevit. =

Is vero Maximinus cum obstinatior atque ferocior in obsidenda et oppugnanda Aquileja in dies magis fieret, tandem occubuit. Nuncius vero qui ex Aquileja ad significandam Maximini mortem Romam fuerat missus, tanto impetu

impetu mutatis animalibus concurrisse refert, ut quarta die Romam venerit. Mira certe velocitas satis non fuisset si Circincus ille his animalibus insedit, ut qui ob nimiam velocitatem dromedarii appellantur. Neque silentio prætereundum est, quod olim a viro clarissimo atque doctissimo audivisse memini. Ego enim dum semel salutatum eundem ivissem, et is pro sua in me charitate benigne susce=pisset, in eum incidit sermonem, ut diceret auctorem quondam Græcum, cujus nomen e memoria lapsum est meâ, sese prolixe potentiam et magnitudinem Aquilejensium descripserat, et eam denum Urbem nobilissimam et frequentissimum Emporium appel=labat.

Ubi

Ubi orientales, occidentalesque pro commu=
tandis atque emendis invicem rebus assi=
due conveniebant. Non enim parum
duco Justiniani testimonium, cujus aucto=
ritas et in grecis et in latinis codicibus
non est ignobilis. Hoc ex Luculli Cimonis
vita probatur verissime, quod ipse ex
Greco in Latinum convertit pura et ele=
ganti verborum suavitate, bene se habet.
res; jacta ni fallor sunt fundamenta,
que legentibus generosam vetustatem
Aquilejensium satis probabiliter, demon=
strat. Nunc locus deposcit ut ad ea
descendam que notis insinuent, quo tem=
pore et per quos Christi Fides Aquile=
jensibus tradita predicataque fuerit, o=

=mne

/ ... annet n. Codices illi, qui de hujusmodi re=
bus pertractant unanimiter sibi consentiunt,
Evangelistam Marcum hujus ... ...=
minatorem primum extitisse qui a Petro
Apostolo dum Alexandriam mitteretur
Aquilejam appulit, et in ea commoratus
est dies non paucos, Deo volente mul=
rum profecit, multos ad agnitionem vere fi=
dei et divinitatis predicando produxit
inter quos et scientia et probitate preci=
puus extitit Hermacoras, qui postea dece=
dente Marco, a Petro Apostolorum Prin=
cipe Protopresul in ea ora Italie que
Gallia Cisalpina nominatur, constitutus
fuit. Tempore illo quo Marcus Aquie=
leja versatus est, Evangelium Christi latine

ma-

sua manu conscripsit; ibidemque reliquit ad firmiorem instructionem eorum, qui Christo crediderant. Hoc Evangelium longo admodum evo, in sacris penetralibus Aquileie resedit, postea vero hac nostra tempestate vel etate ab Ill.mo Venetorum Senatu Venetias delatum et in splendidissimo illo B. Marci Templo reconditum summa quidem cum veneratione observatur. Hoc Evangelium, qui illud videre Grecis literis scriptum narrant, quod, sine dubitatione credendum est. Nam tres Evangelistas Marcum videlicet, Lucam, et Joannem grece scripsisse certissimum est, enimvero novum Testamentum omne grecis literis denotatum fuisse assertor est Hyeronimus solo Matheo

excepto

excepto qui hebraice suum dictavit Evangelium.
Paulus item Apostolus cum ad Hebreos scribe=
ret, hebrea lingua usus est, prima vero epistu=
la illa a Luca Evangelista in Grecum fuit
conversa. Hermacoras igitur Romam profec=
tus, et Episcopus consecratus, sacrum
volumen et pastoralem baculum a Be=
atissimo Christi Vicario suscepit. Hic bacu=
lus in Aquilejensi sacrario reconditus cu=
stoditur reverenter. Quod Sedes Aposto=
lica baculo non utatur hanc causam nostri affir=
mant, licet Trevarienses auctore Bea=
to Thoma de Aquino quemadmodum Sum=
mus Pontifex Nicolaus V mihi superiori
anno enarravit, huic nostre opinioni contradi=
cunt.
aiunt ipsum Romanum Pontificem
Pastoralem

/ pastoralem baculum in solemnitatibus non
afferre, quum Tarvisiensi Ecclesie ab Apo=
stolica Sede fuerit transmissus. Multi prete=
rea viri prudentia ac sanctitate conspicui ex
beatissimi Hermacore scola evasere, inter
quos precipuo fertur preconio Syrus Aqui=
lejensis et Civitatis Papie Patronus et Au=
stas optimus, fertur enim cum ipse a Ma=
gistro suo ad seminandum verbum Domini
mitteretur honorifice a Ticinensibus
fuisse susceptum, qui cum se viderent magno
populi plausu atque concursu amplecti
ac venerari, hujusmodi ~~[illegible]~~ verba pro=
tulit ipsius Civitatis Aquileje desolata.
= Delectare gaudijs Urbs Papia quia

Papia, quia venit tibi ab exterius montibus; exultatio, et nequaquam vocaberis minima sed populosa in infinitis Civitatibus; et veh! tibi Aquileja cum in impiorum manibus incideris, destrueris, nec ultra reedificata, resurges. =

Cujus verum presagium extitisse sequuta tempora declararunt. Ab Athila namque se=vissimo Christi fidei hoste funditus dele=ta usque in hodiernum diem jacet incul=ta. Sub imperio Neronis Cesaris procurante Aquilejense Senatu Preside, Hermagoras Forojuliensis Patronus una cum Subdiaco=no suo Fortunato pro Christi fide vinctus, et verberibus verberibus cecus carceribus includitur et subinde ambo securi percussi

vitam

vitam finiere.

Hęc pauca de multis gloriosissimi Patroni nostri dixisse sufficiat: qui vero seriosius illa gesta scire concupierit, vitę suum opusculum legat, nam ejus exemplar extat Aquileję satis emendate descriptum. Multi autem et martyres et Confessores inclyti Ecclesię Aquilejensi pręsederunt quorum gesta si hic inserere vellem, libelli modum excederem. Cromatius tamen omittendus non est, qui nonus post Hermacoras connumeratur Patriarcha. Is beato Hyeronimo coetaneus fuit, et ejus plurima opuscola ac elegantes epistolas suo nomine dedicavit. Magno solatio Cromatii dignitatem Hyeroni=

=mo

Hyeronimo fuisse praefationes et in Tobiam et in Salomonis Proverbia docet: ubi fatetur ipse Notarios atque librarios nos Cromatii et Eliodori opibus potissimum sustineri. Clero vero Aquilejensi eidem Patri subjecto tantum tribuit, ut illum ob vitae sanctitatem coetum Angelorum appellare non dubitaverit et se nisi precibus commendat impensius tempore haud contemnenda Christianorum portio, ne Cassiani verbis utar. Is autem quem Graecis et Latinis literis optime eruditus fuit multa ex se reliquit scripta gravissime et plura ex Graeco in Latinum convertit, ex quibus praecipuum admirabile illud extat opus Ecclesiasticae historiae. Id ab eruditissimo

Viro

viro Eusebio Cesariensi Episcopo grece edi=
tum, et a Rufino latinis auribus condona=
tum, et Chromatio inscriptum fuit.

Hac tempestate Italiam ingressus Athi=
la ferocissimus Hunnorum rex, magno exer=
citu Aquilejam diutissime obsedit, quam
tandem triennio exacto expugnavit eam=
que fundamentis disjecit et solo equa=
vit. Hanc Aquileję desolationem copio=
sius in suis Chronicis prosequitur Eutro=
pius, apud quem didicisse memini, con=
stantissimum mulieris facinus, quę nomi=
ne Digna vocabatur. Hęc cum vir=
ginitatem suam incorruptam usque in
diem illam diligenti cura servasset,
cernens inimicissimas hostes urbem in=
=gressos

ingressos, alios feminas rapere, stuprum
committere, Deorum templa spoliare,
alios senes, juvenes, infantes crudeliter
trucidare, timensque ne in tali tumul=
tu virginitatem perderet, e turri in subjec=
=ctum flumen se dejecit, et ne servatam
perderet castitatem emori maluit.

Dejecta Aquileja, sequuti Patriarchæ
incertis sedibus habitabant, donec Paulus
Patriarcha, Longobardorum metu, qui
in Italiam ingressi magnis cædibus
jam affligebant, ad Gradensem In=
sulam cum omni Ecclesiæ thesauro, et
Sanctorum reliquiis subterfugit, eam=
que novam Aquilejam vocitavit, ibi=
que duodecimo vitæ anno lapso, e

segu[illegible]

/ seculo migravit ad Christum: hac tempe=
state Patriarchatus Gradensis cepit ini=
tium, plures ex Patriarchis qui Paulo suc=
cessere in singulari Oppido illo vita functi
sunt. Designatus demum Patriarcha,
quidam Joannes Abbas, pacatis Italie
rebus, spirante Deo ad propria remea=
vit. Tunc confestim schisma insecu=
tum fuit. Nam Gradenses alium
sibi Patriarcham elegere retentis san=
ctorum reliquiis cum thesauro olim
ad eos delato: verum nec is Joannes
nec ejus successores Aquilejam instau=
raverint, nec ejus precessorem reliquias
e manu Gradensium redemerunt tamet=
si sepius illud perficere essent commoti

vel

vel conati. Jacuit itaque Aquileja
in incult~~o~~ et neglecto solo, ipsiusque denu=
dato habitatore circa annos quingentos:
(Non nominat ab aut.) tot namq. colliguntur, autore Nileta impraeg=
minato usque ad Patriarcham Popo=
nem. Hic ille gloriosus est Heros, qui
sua virtute et magnitudine animi tanta
et tam amplissima facta peregit, ut
ad ea enarranda pro sua generositate,
vel oratorem disertissimum, vel poetam
insignem efflagitarent. Hic vere sue
Sedis locum reparare instituit et
hoc quod mente conceperat, re ipsa per
fecit. Omnes n. illi nunquam ambitus
qui modo spectantur sua impensa erec=
=tus

erectus est. Hic atrium Patriarchale construxit, sacrumque Templum et proximam Turrim ~~miro~~ artificio a fundamentis usque ad summitatem complevit. Hic Monasterium ubi Virgines Deo dicatę se contineret fieri jussit, et illud opulentissime ditavit. Hic Collegium Canonicorum statuit, eisque satis amplas facultates donavit. Hic in geminis Conciliis Romę et Ravennę celebratis pristinam Ecclesię suę recuperavit dignitatem dejecto, damnatoque Ursone quodam, qui falso titulo Patriarcha Gradensis appellabatur, et in eisdem Conciliis Ecclesia Gradensis adjudicata est Plebi Aquilejensi, hic denique universa

bona

[…]Roma et omnium Sanctorum ossa veneran=
da ac Evangelium manu B. Marci de=
scriptum in propriam sedem reduxit.
Templum autem ab eo reparatum et
conditum in honorem Mariæ Genitricis Dei
et Beatorum Martyrum Hermacoræ
et Fortunati dedicavit, cui dedicationi
Conradus Imperator interfuit cum
duobus Sanctæ Romanis Ecclesiæ E=
piscopis Cardinalibus, qui jussu Joan=
nis Papæ XIX. duo corpora Sanctorum
videlicet S. Marci et S. Quirini marty=
rum ex urbe secum detulerant. Tra=
didit autem idem Summus Pontifex
ut Aquilejensis Patriarcha Metro=
politanam potestatem super XVI. Epi=
=scopatus

Episcopatus possideret, qui hujusmodi sunt: Tergestinus, Emoniensis, Petenensis, Parentinus, Polensis, Justinopolitanus, Concordiensis, Cenetensis, Feltrensis, Bellunensis, Tarvisinus, Paduanus, Vicentinus, Mantuanus, Tridentinus, Cumanus: quam etiam potestatem Imperatoriis decretis confirmatam usque in hanc diem sine controversia possidet ita, ut Aquilejensis Pontifex Metropolitanus sit et habeatur. Metropolis enim Civitas ideo appellatur eo quod Caput et quasi mater sit ceterarum sibi subjacentium Civitatum. Enarrante me video stricte et breviter

(breviter pauca ex multis quae Popo Patriar-
cha eximius et Aquilejensium restaurator et
conditor sua virtute, constantia, pietate, et
animi celsitudine pro Sanctae Aquilejen-
sis Ecclesiae decore in vita peregit.)

Hujus vero Sedis quanta sit autoritas et
excellentia, Leo Papa non minus eloquen-
tia quam vitae sanctitate conspicuus in
Privilegio illo cujus exemplar quibusdam
amicis meis superioribus diebus transmisi,
sua gravissima et ornatissima Oratione
disseruit. Ipsius autem particulam quae
Dignitati Ecclesiae potissimum spectat,
praetereundam omnino esse non censui
cujus talis extat sententia.

= Et ut omnibus pateat Christianis
quanta.

quanta te charitate diligamus ob amorem
beati Marci Evangelistæ Patroni nostri
gloriosissimi, Petri Apostolorum Principis di:
scipuli, qui vestræ præsedit Cathedræ, re:
novamus vobis per præsens Privilegium illud
antiquum Privilegium Sanctissimo Her:
macoræ beati Marci Successori a bea:
tissimo Petro concessum, verum peccatis
nostris promerentibus a Paganorum sævi:
tia concrematum, volumus scilicet et
Apostolica auctoritate jubemus, et sic
inter omnes Italicas ~~Sedes~~ Ecclesiæ
Dei Sedes, prima post Romanam Se:
dem Aquilejensis sit.

Et utramque Deo annuente ob meritorum
laudem possidetis Reverme Dne mi etiam
favente

favente summo Monarcha cum optima laude omnia acquiescent.

Hęc Leo, ut prędixi, in quodam Privilegio Rodaldo Patriarchę transmisso, qui Popponem antecessit ętate.

Non parva sane pietas, dum hęc scribe=rem mentem subijt meam, cum considerarem tantę Civitatis amplitudinem in tantam soli=tudinem atque orbitatem esse redactam. Incredibile etenim est quantę calamitati Urbs quondam potentissima et magni decoris nostris diebus sit subjecta, nihil speciosi, vel conspicui ex prisca illa vetustate digno=scitur, solum quędam murorum fundamen=ta supersunt, quę ędificiorum molem in=sinuant,

insinuant, Lapides quidam adhuc concernuntur vetustissimas inscriptiones continentes, quę cum vetustissimam illam sapiant eruditionem aliquas hic interponere nobilitatis earum gratia, ac vetustatis non erit insuave.

= Imper. Cęsar invictus Augustus Aquilejensium restitutor et conditor viamquoque Geminam a porta usq. ad Pontem per Tironis juventutis novę Italię ęq dilectę possessor longi temporis labe corruptam muniuit et restituit =

Epigramma quoddam in sepulchro incisum.

= M. Status Surio Ęlię Surię Conjugi Charissimę Et Ęmilius Flavius Matri Pientissimę posuerunt =

aliud est hujusmodi.

= D. Q. Memoriam ęternam Julię Agrippę obsequenti Marito =

accipe.

/. accipe epigramma aliud verecundissimum et purissimum, dignumque nationali quadam modestissima gravitate.

= Anicia P. L. Glocera fui, vixi, et vita mea satis fuit probata, quae viro placui bono qui me ubi uno ordine ad summum produxit honorem =

Veniantamen haec pauca esse plurimis dixisse satis est. Caeterum est ut iam modum dicendi faciam. Habes Revme ac Illme Dne hic quidquid de nobilitate et antiquitate Civitatis Aquileiae, caeterorumque locorum Patriae approbatissimis auctoribus per me exceptum est. Mittas etenim facio nugas pene infinitas in quibusdam Cronicis descriptas, quae cum impudentissimis mendaciis relatae sunt, ne referenda quidem illarum opinio fuit. Sum modo erit sin minus eruditissimis auribus tuis impolitus et

./. et inultus sermo satisfecerit, meae erga te
benevolentiae, non meae temeritati tribuere.
Id ut facias etiam atque etiam oro obtestorque,
Vale decus verum solatium atque refrigerium
miserorum.

Addì 1. Gennajo 1838
Riscontrato il presente apografo con altro che apparteneva al P. Comoretto di Buja prestatomi dagli Eredi mediante il Sig.r Fiorendo Ercoli

J. Pirona

Copia del MS:
di D: Benvenuto Volpio
della Città di Aquileja